AUGUSTINUS. HIERONYMUS. MAMERTUS CLAUDIANUS. INDEX LIBRORUM
Mitte 12. Jh. Seite 86r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



minora minoribus suis partibus et maiora maioribus. Puto quod iam pru
dentem aduertas. Restat ostendere quemadmodum quamuis et proprie dicatur
spiritus non uniuersa anima sed aliquid ipsius. Sic apostolus dicit. et integer spiritus uester et
anima et corpus. Vel illud multo expressius in libro iob. Absoluisti animam
meam ab spiritu meo. tamen et uniuersa anima appelletur hoc nomine. quam
uis multo magis hec questio nominum uideatur esse non rerum, cum enim
constet esse in anima aliquid quod proprie spiritus non nominetur. quo excepto proprie
nominatur et anima. Iam de rebus ipsis nulla contentio est. Presertim
quia illud etiam ego dico. proprie uocari spiritum. quod et iudicis. id est quo
raciocinamur. et intelligimus. quando ita distincte ista dicuntur. quemadmodum
apostolus ait. et integer spiritus uester et anima et corpus. Hunc autem
spiritum etiam mentem uidetur appellare cum dicit. Mente seruio legi dei. carne
autem legi peccati. Nam ipsa sententia est. et caro concupiscit aduersus
spiritum. spiritus autem aduersus carnem. ut quod ibi dixit mentem. hoc intel
ligatur hic spiritum dicere. Non sic tu existimas uniuersam mentem uo
cari. que constat ex anima et spiritu. quod ubi legeris nescio. Mentem quippe
nostram. non rationale et intellectuale nostrum. dicere non solemus. ac per hoc
quod ait idem apostolus. renouamini spiritu mentis uestre. quid aliud dixit. quam
re nouamini mente uestra. Sic enim spiritus mentis nihil est aliud
quam mens. quomodo corpus carnis. nihil aliud potest ~~dicere~~ esse quam caro.
Nam et hoc scriptum est in expoliatione corporis carnis. ubi carnem
corpus carnis appellat. Dicit sane et alio modo spiritum hominis quem
prorsus a mente discernit. Si enim oratio lingua in quid spiritus meus orat.
mens autem mea infructuosa est. Verum nunc non de isto spiritu loquimur.
qui est a mente distinctus. Habet iste suam candemque difficilem questio
nem. multis enim modis atque ~~in~~diuersis significationibus scripturae
diuinae spiritum nominantur. sed de quo nunc agimus quo raciocinamur. intel
ligimus. sapimus. constat inter nos sic cum etiam proprie spiritum nuncupari. ut
non sit uniuersa anima sed aliquid eius. Tamen animam etiam spiritum esse si
propterea ~~spiritum~~ negas. quia eius intelligentia distincte dicitur spiritus.
poteris negare uniuersum semen iacob appellari israel. quo excepto